

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuclei evangelici pars festivalis

Trautmann, Samuel

Wittebergae, 1664

Oraculum sacrum XX.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

Was ist das vor Gewalt/ so Christo mitge-
theilet?

Iss nicht die Wunder-Nacht/ so dort den
Auffsat heilet?

Iss nicht die Gottes-Krafft/ so fass
des Himmels-Zelt/

Und alles was die Erd in ihrer Ru-
gel helt.

Ex v. 18. & 19.

*Ad Christum veniat peccati mole gravatus,
In Christo requiem menti pia semper habet.*

ORACULUM SACRUM XX.

Mat. IV. 12.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Καὶ οὐκ ἐστὶν ἐν ἄλλῳ ἐν ἕδρῃ ἢ κατοικεῖ
οὐδὲν ἕδρῃ ἕνεκα ἐστὶν ἐσθλὴ αὐτῷ τὴν ἑρῶν ἢ
ἐδεδυμένον ἐν ἀνθρώποις, ἐν ᾧ δὲ σῶσθαι ἡμᾶς
ἢ ἐν τῇ οὐρανῇ ἰησοῦ χριστοῦ τοῦ Ναζαρεθαίου.

Versio Vulgata.

Non est in aliquo alio salus. Nec
enim aliud nomen est sub cælo datum
homi-

hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri, quàm in nomine Jesu Christi Nazareni.

Versio B. LUTHERI.

Und ist in keinem andern Heyß/ ist auch kein ander Name den Menschen gegeben/ darinnen wir sollen selig werden/ als in dem Namen Jesu Christi von Nazareth.

N O T A.

1. Christus h. l. proponitur ut Salvator, extra quem non est alius, adeoq; ut principalis salutaris nostrae causa. Confer Esa. XLV. 22. XLIX. 6. Tit. II. 14. E. fiducia nostra acquiescit & terminatur in ipso, ceu verò & unico Salvatore & fidei salvificae objecto, contra Socinianos contententes, Deum Patrem primum objectum esse fidei, in quem praecipue credendum sit, Christum autem esse objectum fidei secundarium, fidemq; non acquiescere in Christo, sed per ipsum dirigere ad Deum; Vid. Socin. lib. Suasor. c. 1. p. 62. & contra Wiekum p. 159. & in Miscell. p. 103.

2. Petrus h. l. de Christo dicit: Non est in

M 3

alio

alio salus. Hinc ita colligimus: Si non in alio, quàm in Christo, salus. E. aut æternus DEUS erit, aut in æterno DEO salus non erit.

Posterius est absurdum. E. prius erit verum, contra Socinianos & Arianos, æternam Christi Deitatem negantes.

3. Alii ex h. l. ita argumentantur: Si in nullo alio salus, quàm in Christo, utiq; Christus nos salvat vel ut minister, vel ut causa princeps.

Sed Christus non salvat ut minister, faciente Socino contra Bellarminum & Wiekum, p. 462. non enim differret ab Apostolis & prophetis.

E. Salvat ut causa princeps. Si ut causa princeps. E. erit verus & æternus Deus, siquidem non nisi æternus Deus salvat, ut causa princeps, contra eosdem. Quibus succurrunt Remonstrantes, qui patrem & dignitate & potestate superiorem faciunt Filii. Sic enim Episcopius lib. IV. Instit. c. XXXII. Pater respectu Filii & S. S. dignitate superior est ac potestate. Dignitate, quia principium & causa, ut sint Filius & Sp. Sanctus, Pater est. Dignius autem est esse à nullo, quàm esse ab aliquo, & generare quàm generari, spirare quàm spirari. Potestate, i. e. jure sive dominio, quia Patri jus est mittendi, dandi filium.

effun-

effundendi Sp. Sanctum, neutri verò jus est in pa-
 trem. Hinc Pater nunquam misus aut datus,
 sed semper mittens sive dans, legitur. Verum, quia
 filius & Sp. Sanctus non sunt à Patre, tanquam
 à causa vel dependenter, quasi essentiam ha-
 beant dependentem ab ipso, sed tantum ratio-
 ne ordinis & originis, Episcopii collectio nul-
 la est.

4. Quicumq; in nomine Christi salvantur,
 pro illis Christus mortuus est. At fideles in
 V. T. in nomine Christi salvati fuerunt, ut patet
 è loco præsentè. Confer Act. X. 43. XV. 20.
 Joel. II. 32. Rom. X. 13. & 22. Esa. XXIX. 18. E-
 phes. II. 7. Col. I. 14. E. pro fidelibus in V. T.
 Christus mortuus est, contra modo nominatos
 Socinianos, contendentes, Christum mortuum esse
 solum pro peccatis illorum hominum, qui tempore
 N. T. vivunt, non autem pro peccatis illorum, qui
 ante adventum ejus in mundo vixerunt. Vide
 Smalcium Exam. CLVI. Error. Error. 74. p. 22.

5. Nomen h. I. ponitur pro re ipsa, per
 Metonymiam adjuncti. Non est nomen aliud
 sub celo datum hominibus &c. h. e. nulla o-
 mninò res, nullum medium salutis aliud dari
 potest. Conf. Ephes. I. 21. Phil. II 9.

6. Alii per nomen, in quo nos oporteat sal-
 vari, intelligunt ipsum DEUM, & è loco præ-
 sente

M 4

gentem eliciunt sensum: Non est alius DEus vel Mediator, in quo nos oporteat salvari, quam unus ille Mediator inter DEum & homines Christus IESUS, s. Tim. II. 5. Frequenter enim in sacra scriptura nomen DEI pro ipso DEO usurpatur, ut quum dicitur: nomen DEI æternum omnipotens, ineffabile. Cujusmodi sunt & illa, credere vel sperare in nomine DEI, i. e. in DEO ipso, timere, invocare nomen Domini, i. e. DEUM ipsum Conf. prov. XVIII. 10. Act. IX. 16. Pl. IX. II. Esa. XXX. 27.

7. Exurgit etiam è loco præsentè tale argumentum.

Quicumq; sunt extra Christum, illis salus non est promittenda. Non enim in alio salus est quærenda quam in Christo, teste h. l. D. Petrus.

At Socrates, Aristides, Camillus, Hercules, Scipiones, Catones, & alii gentiles fuerunt extra Christum. E. illis salus non est promittenda, quod opponendum.

1. CINGLIO, cujus patrocinium, nonnulli ipsius, ad seclæ susceperunt.

2. SOCINIANIS, contendentibus, DEUM peccata per Christum remittere etiam illis, qui in Christum non credunt. Vid. Smalciius EXAM. 157. Error. p. 23. Socin. de Justif. p. 107.

3. PONTIFICIIS, existimantibus, gentes quidem

dem non absq; Christo, sed tamen absq; fide
Christi salutem consequutas esse. Item in sin-
gulis hominibus esse hypostasin, sive substan-
tiam fidei salvificæ. Omnes enim naturaliter
credere, ac singulos esse aptos, natos ad vitam
eternam & Servatoris non minus efficaciter
quàm sufficienter participes, *uti nugatur Fran-
ciscus Puccius in libro suo Satânico.*

8. Nos, misis hisce nugamentis, progredi-
mur, & è loco præsentè ita colligimus.

Si in solo Christo salus, utiq; in Maria ma-
tre Christi, salus non est. quærenda, *contra mo-
do nominatos Pontificios*, qui peccatores ad
Mariam ablegant his verbis: *Peccator es, ad
Mariam confugas. Ejus nomen SOLUM AD
MEDENDUM sufficit. Marial. l. i. c. 2. Venite ad
Mariam omnes, qui laboratis & tribulati estis,
& refrigerium & solatium dabit animabus vestris.
Accedite ad eam in tentationibus vestris, & sta-
biliet vos serenitas vultus illius, Antidot.
Anime.*

9. Deniq; ex hoc sacro fonte talis emanat
rivulus:

Si humanis meritis aut propriis operibus
salus acquiritur, verè est in alio salus, quàm in
Jesu Christo.

At non est in alio salus, quàm in Christo, teste h. I. D. Apostolo.

E. humanis meritis aut propriis operibus salus non acquiritur, contra eosdem, & cumprimis Gabriel Biel, qui lib. 2. sent. distinct. 19. ita disferit: Meritum Christi nunquam est sola & totalis causa meritoria gratiæ, regni cælorum & gloriæ, sed semper concurrunt aliqua operatio, tanquam meritum, de condigno vel congruo.

10. Coronidis loco heic habes auream negativam propositionem: Non est in alio quam salus. E. ab auctoritate scripturæ non tantum affirmativè, sed etiam negativè argumenta ducuntur, contra eosdem, clamantes, Eutheros habere Theologiam ex meritis negantibus propositionibus fabricatam. Vide Canisium in lib. de B. Maria Virgine cap. ad vers. Plazium, Loricium & alios. Ast de hoc sacro oraculo satis & forsitan plus quam satis, audiamus nunc

HARMONIAM PATRUM.

1. Quod in sola Christo salus querenda.

Omnes sancti, qui unquam fuerunt, per
SOLUM Christum salutem consequuti sunt,
 Ignatius Epist. 6.

Non

Non quisquam præter eam fidem, quæ est
in Christo Jesu, siue ante ejus incarnationem,
siue postea sit reconciliatus Deo, *Augustinus super*
Psalm. 104.

2: *Quod gentibus salus non pro-*
mittenda.

An forte Fabriciis, Scipionibus, Camillis,
cæterisque talibus provisorum estis aliquem locum
inter damnationem, regnumque cælorum, ubi
non sint in miseria, sed in beatitudine sempi-
terna, qui Deo non placuerunt, cui sine fide,
impossibile est placere, quam nec in cordibus
habuerunt. Non opinor, perditionem vestram
ad istam posse impudentiam proficere, *Augu-*
stinus contra Julian. lib. 4. c. 3. T. 7. col. 1034.

Introducis hominum genus, quod place-
re Deo possit sine fide Christi lege nature. Hoc
est unde vos maximè Christiana detestatur
Ecclesia. *Idem loco citato.*

Hört wie mein Jesus rufft/ komme her die
ihr beladen/
Ich wil euch geben Ruh/ und heilet euren
Schaden!

Ich

Ich komm zu dir HErr Christ/ denn
sonst ist kein Heil/
Du bist mein Seelen-Arzt/ und mein
wahrer Herrscher Theil.

IN FESTO ANNUNCIATIONIS
DOMINI.

Ex Luc. I. 28.

*Angelus humanis Mariam more salutar,
Ergo ex hoc uos nulla latecia sunt.*

ORACULUM SACRUM XXI.

Matth. IV. 10.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις καὶ αὐτῷ
μόνον λατρεύσεις.

Latina Versio Vulgata.

Dominum DEum tuam adorabis, &
illi soli seruias.

Versio E. LUTHERI.

Du sollst anbeten GOTT deinen
HERRn/ und ihm allein dienen.

NOTE.